

recognitionis testimonium Sigillum meum presentibus est appensum Scriptum Abo Anno domini MCCCXXX<sup>o</sup> sexto fferia secunda pasche.

**3212.**

**1336 d. 2 April.**

LARS LYDERSSON uppgör med sin svåger Johan Öjarsson och sin syster Elena Lydersdotter delning af sina och systemens arfvegods sålunda, att hon får hälften af Hamra i Edby socken i Östergötland, en gård i Byestad i Hvetlanda socken, en gård i Ryssby i Møre m. fl.

Orig. på perg. i Gymn. Bibl. i Strengnäs. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus. LAURENCIUS LYDERSSON. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi et per presentes recognosco. Me. cum dilectis mihi in christo. Johanne öjarsson genero meo. et Elena lýdarsdotter sorore mea. bona patrimonialia et matrimonialia. ipsius sororis mee et mea. jure hereditario. post patrem et matrem optenta. dimisisse. et in hunc modum concorditer stabilisse. Ita. quod predicte sorori mee. dimidietatem bonorum. in hambrum parochia Edby osgocie. cum agris. pratis. colonijs. pascuis. siluis. piscarijs. molendinis. molendinorum locis. omnibus et singulis. prope vel remote positis. predicte curie. seu dimidietati. adiacentibus. Curiam in byastadh parochia hwetelandæ. Curiam in ryzby. in møre. cum colonijs et alijs singulis. que soror mea et Ego ibidem dinoscimur possidere. Coloniam in iædhær. næs næricie. Predia que in timno. vesgocie possidemus. In røzwiik. decem oras terre vno solido terre minus. quas nobilis miles. dominus karolus neskonungsson. exinde permutabat. sub hac tamen condicione. quod si predictus dominus karolus genero meo johanni. sororique mee Elene predictis. alibi. vt se contentos reddiderint. non satisfecerit. Extunc predia predicta. videlicet røzwiik. vna. cum alijs prenominatis. vbicunque situata fuerint, vel locata. cum omnibus adiacencijs. prope vel remote positis. per presentes dimitto pariter et assigno. Ne igitur aliquis consanguineorum meorum. diuisionem bonorum nostrorum. inter nos pronunc factam. processu temporis. impetere. seu aliquo modo inquietare presumat. Sigillum venerabilis patris. domini styrberni. Episcopi strængenensis. vna cum sigillis. nobilium dominorum. Nicolai abiørnæsson dapiferi. karoli neskonungsson (!). Anundi sturæ. karoli bændixsson. Militum Pukonis glysingh. Magni laurensson. Býrgeri Joop. et meo proprio. duxi presentibus apponendum. Datum Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup> sexto. Tercia die Pasche.

Sigillen: N:o 1, Lars Lyderssons (skölden styckad från höger, i öfra delen en half stjerna, i den nedra en vinge); N:o 4, Cars Näskonungssons (natt och dag); N:o 5, Anund Stures (tre sjöblad); N:o 2, 3, 6—9 borta, remsorna kvar.

\*) Skänkt af ägaren till Rossvik i Husby Rekarne (ett gammalt Sparregods) Hr GYLLENBERG.